

**7356** scriptum stilo in imbrice rep. extra Casteggium in sepulcreto, unde praeter alia plus tria milia laterum per hiemem a. 1870/1 extracti sunt.



Ectypa photographica miserunt Brambilla Ticinensis et Porro Mediolanensis; ex simili ectypo descriptum misit Henzenus.

Haec scripta esse appetat manibus diversis. In principio legitur evidentissime, ut inferior versus superiorem antecedat:

ACTVM·PAGO  
FARATICANO

Supra iam ad n. 4148 composui cum hac tegula et aram dedicatam Pedernagae *finibus Cremonensium*, ut additur in ipso titulo, *ex scitu pagi paganorum Farraticanorum*, et *pagum Farraticanum in Placentino nominatum in tabula alimentaria Veleiate 3, 48*. Pagum Cremonensem a Placentino diversum esse existimo. Eum autem qui nominatur in tegula ipsum esse Placentinum iam extra dubitationem positum est, postquam is qui sequitur titulus recte lectus docuit Clastidium vicum fuisse Placentinorum. — Sequentur nomina: *Aurili Mae(?)l(?)onis f. figul(i)*, ubi v. 1 *Aurili* in tegula esse, non *Aureli* Brambilla confirmavit ipsa tegula denuo accuratissime examinata, deinde v. 2 prior f abundare videtur; *Vinulleius Prim[u]s; ... l(?)... e(?)avi...*

**7359** ad Casteggium rep. in torrentis Coppae alveo; est ibi in curia.

1 / / pVBLiLIVS  
E XSORATVS  
LOCVM SIBI  
ET SVIS  
5 IN IIRON  
TEM·P·XX  
IN AGRVM  
P XX V  
AIT SIICVN  
DII VRINI  
10 BOIAII L

**7357** cippus quadratus in pyramidem finiens, cui superpositus est globus sive pinea. Rep. ad Casteggium ante annos plus viginti [plus quadraginta est in ed. a. 1831] il nobile D. Galeazzo Vitali di Pavia facendo scavare un pozzo in una sua casa posta nel sobborgo di quella terra sulla riva del torrente Coppa fra mezzo a ruderis di antichi muri; nunc in villa eiusdem Villanterii ad Lambrum fluvium ALDINI 1829. Adhuc est ibidem.

ascia?

A T I L I A E · C · F  
S E C V N D I N · C O N  
V G · C A S T I S S I M  
P V D I C I S S I M A E Q  
5 S I B I Q V E · O P S E Q V E N T I S S I M A E  
Q V A E V I X I T · A N N I S · X V I I · M · V I I · D · V I I · I T E M  
C · A T I L I SEC V N D I ET · S E R R · M · L I B · V A L E R I A  
N A E · S O C E R O V M · K A R I S S I M O R  
M · L A B I K · M E M O R  
10 V I V O S · P O S V I T  
E T · I N · M E M O R I A M · E O R V M · R O S A · E T  
A M A R A N T H O · E T · E P V L I S · P E R P E T V O · C O  
L E N D A M · C O L L E G · C E N T O N A R · P L A C E N T  
C O N S I S T E N T · C L A S T I D I

Contuli ad ectypum quod dedit Rudolfus Schoellius, qui item diligenter descripsit huius tituli causa rogante me Villanterium profectus a. 1872. Male edidit Petr. Vict. Aldini bis, primum in comm. *antica epigrafe di Casteggio esistente nella villa Vitali di Villanterio* (Paviae 1829. 8 pp. 19) adiecta tabula, iterum recognito lapide *lap. Ticin.* 1831 p. 125 seq. item adiecta tabula (inde Henzen 5117). Edidi ego ad exemplum Schoellii in ephemerede Taurinensi *Rivista di filologia* 1 (1873) p. 250.

Asciae vestigia non satis certa esse ait Schoellius. — Aldinius homo nec doctus nec religiosus et alia multa peccavit, quae iam iustae oblivioni relinquimus, et v. 13 pro eo quod est PLACENT dedit FTI// vel ET//.

*Atiliae C. f. Secundin(ae) coniug(i) castissim(ae) pudicissimaeq(ue) sibique opsequentissimae, quae vixit annis XVII m(ensibus) VII d(iebus) VII, item C. Atili Secundi et Serr(iae?) M. lib(ertae) Valerianae sacerorum karissimor(um) M. Labik(anus) Memor vivos posuit et in memoriam eorum rosa et amarantho [sic] et epulis perpetuo colendam colleg(io) centonar(iorum) Placent(inorum) consisten(tium) Clastidi [sestertios tot dedit].* Titulus cum integer sit finiatque adeo in versu non toto scripto, nihilominus legati sepulcri eius ornandi causa dati principium solum exhibit, ut saepe talium legatorum non ponuntur nisi excerpta imperfecta et hiulca. Collegia non mere privata cum secundum rerum ordinationem apud Romanos ad certam rem publicam applicanda essent, quominus consisterent extra municipium id coloniamve, cuius essent, nihil vetabat; itaque supra p. 400 vidimus nautas Veroneses constitisse in vico Arilica (p. 400), nautas Brixianos Rivae (p. 524), item, quod huc etiam magis facit, centonarios Comenses curiam habuisse Clivii prope Arcisate (p. 565 et n. 5446. 5447).

**7358** Casteggii in praepositura.

C · CALVSI
PHILO
C · CALVSI VS
TESTA
FIERI · IV

Capsoni 1, 247 tab. 3 n. 6. Inde omnino *Notizia degli stati Sardi* 2 (1787), 138.  
6 ivs Not.

Ectypum misit Brambilla. Wolfius ms. (inde Sanguineti p. 263); idem exemplum misit Manfredius.

Titulus scriptus est litteris pravis ad cursivas declinantibus, maxime in vv. 9—10. 11 post tempus opinor adiectis. Puto legendum :...[P]ubl[i]-lius Exsoratus locum sibi et suis in frontem p. XX, in agrum p. XXV. Et (i error est quadratarii pro i) Secunde, Vrini (immo Verine), Boiae libertibus. De titulo, qui huic adiungitur, dicemus in miliariis.